se est christianum finem suum agnosce re, & secundum hunc vitam suam ordinare. Finis noster ad quem creati sumus, ad quem toto desyderio tendere debemus, vita æterna est. Rom. octauo. Serui Dei facti habentes fructum vestrũ in sanctificationem, finem verò vitam æternam, sequitur. Stipendia peccati mors, gratia Dei vita ęterna. Vita æterna consistit in clara Dei visione Ioan 17. Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Hanc visionem sequitur gaudium purissimum, nulla perturbatione permixtum, quam nihil inquinatum consequitur. Apocal. 21. Solus mundus cordis oculus hunc videbit. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vide. Summa ergo diligentia mundando cordis oculo inuigilet, quo summa, & purissima diuina claritas videri possit. Augustinus de verbis euangelii, hom. 18. Quæ autem hunc oculũ inquinant, & turpant sola peccata. Omnis creatura, quia à Deo summè bono est, bona est. Solum peccatum, cuius autor Deus non est, coinquinat hominem Omne, quod intrat in os, non coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem Mat. 15. Ad hoc ergo tendat omnis noster labor, vt à peccato mundemur, vt finem nostrũ consequamur, Viam ergo ad peccatorũ remissionem breuem, facilem, & necessariam aperit nobis dominus per euangelicam parabolam. Pro qua intelligenda. Aue ma.

Quivult peccatorum suorũ remissioné pro ximo indulgeat.

Simile est regnum cœlorum homini regi &c. Vnica doctrina ex euangelio elicitur. Volentem peccatorum suorum in Deum commissorum remissionem accipere, necesse est proximorum peccata in se commissa propter Deum ex corde veraciter indulgere. Ad hanc erudimur naturali lege, pariter & diuina, ac metu pœnæ. Lege naturali affirmatiua, quæcunque vultis, vt faciant vobis homines & vos facite illis Mat 7. Negatiua. Qđ ab altero oderis tibi fieri, vide, ne tu aliquando alteri facias. Tob. 4. Cum autem volumus peccata nostra nobis ad pęnā reseruari, sed volumus ea nobis misericorditer remitti, eadem lege iustum est & nos proximis remittere. Hęc lex in cordibus nostris scripta est Roma. 1. cui naturaliter assentimus. Item probatur idem per locum à minori. Si quod minus videtur iustum, iustum est, & illud, quod maius, sed minus videtur iustum maiora peccata dimittere, quod tamen iustè desyderamus à Deo, ergo èconuerso. Minor patet, quia desideramus nobis remitti peccata in Deum, quæ comparantur ad peccata in proximum, sicut decem milia talenta ad 100. denarios, quæ est cõparatio duodecim milliũ ad vnũ. Non quod sit præcisè illa proportio, sed longè magis excedit peccatum in Deũ, peccatum in proximum, quam duodecim millia vnum, immo quia sunt alterius speciei, videntur improportionabilia, ponitur ergo numerus certus pro incerto, sicut Samuel 1. Reg. 2. Si vir peccauerit in virum placari poterit ei Deus sed si vir peccauerit in Deum, quis orabit pro eo? q. d. oratione placari potest Deus pro peccato in hominem commisso, sed pro commisso in Deum nullo humano merito, sed sola sua misericordia remitti potest, esse ergo improportionabile.

A omne peccatũ in proximũ sit ét in Deum.

Sed dicis, cum omne peccatum sit in Deum, alioquin non esset peccatum. Nã peccatum secundum Amb. in li. de paradiso, est pręuaricatio legis diuinæ, & cælestium inobedientia præceptorũ, videtur, quod peccata in proximũ sint ét peccata in Deum, immo maiora his, quę sunt in Deum tantum, quia maius videtur offendere Deum, & proximum, quã Deũ solum. Solutio, Licet posset de peccato obiectiuè in Deum, & obiectiuè in proximum intelligi, quod dictũ est. Tñ magis ad propositum hic cõparatur peccatum in proximum quantum ad id, qđ est proximi offensiuũ, ad ipsummet, vel aliud inquantum Dei offensiuum, inquãtum proximi habet satisfactionem temporalem, proximi dando æquiualenté, inquantum verò est offensiuum Dei, habet pęnam æternam. Secundum improportionabiliter maius est primo, sicut

per